



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

Vtru[m] licitè possit aliquis maledicere irrationali creaturæ? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

Utrum liceat creaturam irrationalem maledicere?

410

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod non liceat creaturam irrationalem maledicere. Maledictio enim præcipue videtur esse licita, in quantum respicit pœnam. Sed creatura irrationalis non est susceptiva nec culpæ, nec pœnæ: Ergo eam maledicere non licet.

inf. art. ad 1.

¶ 2 Præterea, In creatura irrationali nihil inuenitur nisi natura, quam Deus fecit. Hanc autem maledicere non licet, etiã in diabolo, ut dictu* est. Ergo creaturã irrationalem nullo modo licet maledicere.

ar. præc. ad 4.

¶ 3 Præterea, Creatura irrationalis aut est permanens, sicut corpora: aut est transiens, sicut tempora. Sed sicut Gregorius dicit in * 4. Moral. Otiosum est maledicere non existenti; vitiosum verò si existeret. Ergo nullo modo licet maledicere creaturæ irrationali.

c. 3. p. cu. d. a princ.

SE D contra est, quod Dominus maledixit scilicet, ut habetur Matth. 21. Et Iob maledixit diei suo, ut habetur Iob 3.

RESPONDEO dicendum, quod benedictio vel maledictio proprie ad illam rem pertinet, cui potest aliquid bene vel malè contingere, scilicet rationali creaturæ. Creaturis autè irrationalibus bonu vel malu dicitur contingere in ordine ad creaturã rationalem, propter quã sunt. Ordinantur autem ad eã multipliciter. Vno quidem modo per modu subventionis: in quantum scilicet ex creaturis irrationalibus subuenitur humanæ necessitati. Et hoc modo Dominus homini dixit Genes. 3. Maledicta terra in opere tuo: ut scilicet per eius sterilitatem homo puniretur. Et ita etiam intelligitur quod habetur Deuteronomij 28. Benedicta horrea tua. Et infra, Maledictum horreum tuum. Sic etiam Dauid maledixit montes Gelboe, secundum * Gregorij expositionem. Alio modo creatura irrationalis ordinatur ad rationalem, per modum significationis. Et sic Dominus maledixit scilicet.

ii. 4. moral. c. 3. in fin.

ficulneam in significatione Iudææ. Tertio modo ordinatur creatura irrationalis ad rationalem per modum continentis, scilicet temporis, vel loci. Et sic maledixit Iob diei natiuitatis suæ propter culpam originalem, quam nascendo contraxit, & propter sequentes pœnalitates. Et propter hoc etiam potest intelligi Dauid maledixisse montibus Gelboe; vultur 2. Reg. 1. scilicet propter eadem populi, quæ in eis contigerat. Maledicere autem rebus irrationalibus, in quantum sunt creature Dei, est peccatum blasphemie: maledicere autem eis secundum se consideratis, est otiosum & vanum, & per consequens illicitum. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTIC. III.

Utrum maledicere sit peccatum mortale?

411

AD tertium sic proceditur. Videtur, quod maledicere non sit peccatum mortale. Aug. enim in homilia de igne purgatorio, numerat maledictionem inter leuia peccata. Hæc autem sunt venialia. Ergo maledictio non est peccatum mortale, sed veniale.

¶ 2. Præterea, Ea quæ ex leui motu mentis procedunt, non videntur esse peccata mortalia. Sed interdum maledictio ex leui motu procedit. Ergo maledictio non est peccatum mortale.

¶ 3. Præterea, Grauius est male facere, quam maledicere. Sed malefacere non semper est peccatum mortale. Ergo multo minus maledicere.

SED contra, Nihil excludit à regno Dei nisi peccatum mortale. Sed maledictio excludit à regno Dei secundum illud 1. ad Cor. 6. Neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Ergo maledictio est peccatum mortale.

RESPONDEO dicendum, quod maledictio, de qua nunc loquimur, est, per quam pronuntiatur malum contra aliquem vel imperando, vel oprando. Velle autem, vel imperio mouere ad malum alterius, secundum se repugnat charitati, qua diligimus proximum volentes bonum ipsius: & ita secundum suum genus